



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. VII. Ad tit. XXXIII. De majoritate & obedientia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

*Honorius  
rescribit.  
Salernit.  
Archiepis.  
Salernum.  
Golfo di  
Salerno.  
Abbatia S.  
Leonardi.  
Questio  
hujus capi-  
tuli.  
Fosse novæ  
Abbatia.  
Thome A-  
quinatis  
obitus.  
Monasteriū  
Cavense.  
Monasteriū  
S. Petri de  
Amalphia.  
Pixis nau-  
tica.*

**I**N capitulo primo rescribit Honorius Archiepiscopo Salernitano & Abbati S. Leonardi & S. Benedicti. Sic enim legendum. Salernum, Archiepiscopatus regni Neapolitani, & Principatus citerioris caput, in orâ maris Tyrreni, à Lothario primo fundatus & datus Siconolpho in divisione Ducatus Beneventani, anno 831. Inde sinus Pæstanus ei adjacens vocatur Golfo di Salerno. Abbatia S. Leonardi à Friderico II. Imperatore fuit fundata, & data ordini militum B. Mariæ, Agebatur causa inter Abbatem & conventum Monasterii Canen. ut legitur apud Raymundum. Fossa nova erat Abbatia ordinis Cisterciensis, in quâ centum monachi aiebantur, & ubi Divus Thomas Aquinas decessit, dum veniret ad concilium Lugdunense sub Gregorio IX. Est in Latio, quinquaginta millibus ab urbe Româ distans. Monasterium Canen. vel Canon. Salontanæ diœceseos, vel ut correctores Gregoriani volunt, Sauvense, mende sunt. Legendum, Cavense. Cava, civitas Episcopalis in Campania, unde denominatum est cœnobium vicinum, dictum S. Trinitatis monasterium, ordinis S. Benedicti, fundatum à S. Alterio, primo Abbate anno 1050. ut habet Cironius. Lis autem erat de possessionibus monasterii S. Petri de Amalphiâ. Amalphis, Malfi & Amalphi urbs Archiepiscopalis in principatu citeriori regni Neapolitani, Ducatus titulo honorata Neapolitano, de quâ Blondus *lib. 15. hist.* Inventus ibi est pyxidis nauticæ usus per Johannem Goiam vel, ut alii, Flavium Gioiam Amalphitanum.

C A P. VII.

Ad tit. XXXIII. De majoritate & obedientiâ.

S U M M A R I A.

- |                           |                      |
|---------------------------|----------------------|
| 1. Salmasius laudatur.    | 4. Majores Palatii.  |
| 2. Major idem qui senior. | 5. Major monasterii. |
| 3. Major domus.           | 6. Majoritas.        |

Benè

**B**ENÈ Cl. Salmasius *cap. 1. de primatu Papæ*, Major idem qui *Salmasius* senior. Hesychius: *μεγίστων, γέγων*. Sic in laudatur. familiâ qui servus atatis vel fidei merito cæteris antistabat, *Major idem* ac familiam gubernabat, *Major domus* appellatus. *Donatus* qui senior. *in Phormione* de his servis, *Majoribus domus*: Sic *columella* *Major domus* apud veteres servi dicti; *Majores domus*. Inde & *Majores Palatii* mûs. sub primis Galliæ regibus, quibus totius regni procuratio & quasi *Majores* villicatio credita. Hinc & *Major monasterii* apud Dionysium *Palatii*. exiguum. *Majores* vocat Tertullianus Ecclesiæ antistites libro *Major* *Mo-* *de Baptismo*. Hanc formam secuti Apostoli plebi Christianæ *nasterii*. moderandæ seniores imposuerunt, quibus ad ministerium adjuncti juniores, *Μένονοι*. Hæc *Salmasius*. A Majoribus istis, gubernatoribus reliquorum eusum est vocabulum *majoritas*, & ver- *Majoritas*. bum, *majorari*, quoties quis ad altiorem gradum adscendebat, ut & *minorari*, si quis à bove ad asinos. Ita Archiepiscopus Apamien- sis translatus in Tripolitanum Episcopatum, novo promotionis genere, non promotus, sed minoratus dicitur ab Innocentio III. *in epist. 59. & 117. lib. 1.*

## C A P. VIII.

## Ad cap. 1. de major. &amp; obed.

## S U M M A R I A.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Capitulum unde petitum.                        | 5. Pallio donatur à Gregorio Magno.        |
| 2. Suppletur pluribus locis ex registro Gregorii. |  |
| 3. Augustinus primus Episcopus Anglorum.          | 6. Ecclesia Eboracensis fit Metropolitana. |
| 4. Interrogationes Augustini ad Gregor. Pap.      | 7. Data hujus decretalis variat.           |

**H**OC capitulum est Gregorii ex *Epistola 15. lib. 12.* & refertur *Capitulum* latius in conciliis *c. 1. patris 44. sub titulo: De præeminen-* *unde peti-* *tiâ Lund. & Eboracensis & de privilegiis generaliter vel tum.* *specialiter indultis, & de eorum abusu & confirmationibus.*